

4472 dis manibus | P. Rutilius | Maxim[us] sa|cerdos Plutonis h. [s.]
est, | v. a. LX. | Porcia Veneria sacer[dos] Caelestis viro pijissimo fecit.
Hadrumeti (Bull. du comité des travaux hist. 1893 p. 200).

4473 Nutrici, Frugi|fero Aug. sa|crum.

4473^a [I]ani¹ patri Aug. | sacrum pro | salute domi|norum n. n. n. |
Augg. | P. Iunius Solutorius | s. v.² religionis | [fe]cit | et d.

Musti in Africa rep., duae inscriptiones in eadem ara exaratae (Gaukler bull. du comité 1897 p. 406). — 1) Sic supplevit editor, cf. VIII S. 15377 et supra N. 3324. — Alios titulos Iano patri in Africa dedicatos dedimus supra N. 3325 seq. — 2) Soluti voto.

4474 (protome muliebris ut videtur) Nutrici Sat|urni Vic|ntia (sic) | v.
s. l. a.

In confiniis Numidiae et Mauretaniae loco dicto Tassadan, deinde Fedj-Mzala (VIII S. 20247; Gsell bull. archéol. du comité des travaux hist. 1896 p. 209 n. 161, quem iam sequor).

4475 | Mulleia . . . | Saturnina | nutrix Fr|ugiferi¹, | vixit an. |
LXXXV d. d. | b. h.² d. d.

In Mauretania Sitifensi, non longe a ruderibus Thamallae (VIII S. 20592 vidit Gsell). — 1) Mirum mulierem dici nutricem Frugiferi, i. e. Saturni vel Plutonis. Errorem subesse, et mulierem appellari debuisse sacerdotem Nutricis Frugiferi (cf. N. 4474) coniecit Gsell mélang. d'arch. et d'hist. 18, 1898 p. 150 not. 6. — 2) Bonis bene? (cf. N. 4493 not. 3); d. d. bis repetitum obscurum.

4476 Nutrici | deae | Aug. | sacr.

Lambaese (VIII 2664 vidit Wilmanns). — Ad hanc inscriptionem pertinuisse putat Cagnat simulacrum deae brachio infantem tenentis Lambaese repertum (cf. Cagnat Musée de Lambaese p. 45 tab. III fig. 2; adstipulatur Gurlitt arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 19, 1896 p. 14). Eiusdem nominis dea etiam in Norico (III 5344), Nutrices in Pannonia colebantur (III S. 44051 seq.), repraesentabanturque simili modo quo haec Africana (cf. Gurlitt l. c.).

4477 d. b. s.¹ | C. Aponius | Secundus sa|cerdos agnu do|mino²,
tauru domi|no², ovicula Nutri|ci, berbece³ Iovi, ovicu|la Teluri (sic), agnu
Herc|uli, agna Veneri, edu⁴ | Mercurio, | verbe.³ Testi|monio⁵ . . . m. .
LXV⁶ (instrumenta ad sacrificandum).

4477^a d. b. s.¹ | C. C. Primus, | sac. Saturni, ag|nu tauro dom|ino²,
ovicla Tel|uri (sic), berbece³ | Iovo⁷, ovicla | [Nu]trici, capone⁸ | [H]erculi,
edu⁴ Merc|[ur.], aedua⁹ Veneri, her|[bec]e³ Testimonio⁵ | (duo animalia)
[p]ecora |

Azis ben Tellis in Numidia, non multum a finibus Mauretaniae (VIII 8246, 8247 vidit Wilmanns). — 1) Dis bonis sacrum (?). — 2) Videtur intellegi Saturnus. — 3) Verbece (vel verbecem). — 4) Haedo, vel haedum. — 5) Deus praeterea ignotus. — 6) Cogitavi de anno provinciae Mauretaniae; sed tamen hic locus videtur fuisse provinciae Numidiae. — 7) Sic videtur esse in lapide (o in fine certum esse testatur Wilmanns). — 8) Caponi in re sacra locum fuisse hic primum videmus. — 9) Haeduae vocabulum novum.